

offensionem illorum qui largas contribuerunt elemosinas propterea serius exhortamur patres prefatos ut dictam commissionem impleant cum effectum. Et committimus Visitoribus prouincie [The Provincial Visitors were the Priors of Seitz and Mauerbach] et Priori Nuremberge dispositionem illius domus ut omnia exsequatur cum diligencia.<sup>289</sup>

1468 Prouinciam Alamanie Superioris visitabunt Priores domorum in Seiczt & Maurbac.<sup>290</sup>

1468 Item Priores electi per Reuerendum Patrem Cartusie ad absoluendum et dispensandum cum personis Ordinis in casibus sedi apostolice reseruatis secundum gratiam per summum pontificem concessam, sunt omnes Visitores dictarum prouinciarum, in quibus intelligit personam non officium.<sup>291</sup>

1469 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia.<sup>292</sup>

1469 Rectori domus Sancti Laurencij in Ytingen prope Constanciam non fit misericordia. Et monemus patres Prouincie Alamanie Superioris in visceribus Jesu Christi quatinus ad vitandam notam Ordinis et displicenciam in populo velint subuenire illi domui in piis elemosinis ad soluendum pensionem prepositi illius monasterij. Et monemus Rectorem dicte domus quod non teneat in dicta domo personas vltra quam facultates dicte domus possunt sustentare.<sup>293</sup>

---

<sup>289</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 73.

<sup>290</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 79.

<sup>291</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 80.

<sup>292</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 98.

<sup>293</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 98.

1470 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia. Et de quod petit committimus Visitoribus prouincie [The Priors of Seitz and Gaming].<sup>294</sup>

1471 The Prior of Mauerbach was Diffintor at the General Chapter: Maurbac<sup>295</sup>

1471 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia.<sup>296</sup>

1471 Priori domus Vallis Sancti Michaelis in Leweld non fit misericordia. Et super priuilegio quod petit sibi mitti de non dandis decimis &c. Visitor prouincie [The Prior of Muerbach] sibi respondebit ad partem.<sup>297</sup>

1471 Domui Sancti Laurencij in Ytingen anno presenti Ordini nostro incorporato preficimus in Priorem dominum Joannem ibidem Rectorem. Et committimus Priori in Maurbac, ut dicte domui assignet terminos monachorum et possessionum competentes secundum Ordinis honestatem et domus necessitate ac loci conuenienciam.<sup>298</sup>

1471 [Visitatores] Prouinciam Alamanie Superioris visitabunt Priores domorum in Maurbac et Gennicko [Gaming].<sup>299</sup>

1471 Eligimus de predictis Visitoribus Priores domorum videlicet Vallis Benedictionis, Portus Beate Marie, Scale Dei, Paulari, Sellionis, Vallis Viridis, Gosnauj, Gandau, Withan, Maurbac, Nuremberge, Colonie, Stetyn, Papie, Florencie, et Clarimontis. Quibus committimus auctoritatem nostri Capituli Generalis usque ad sequens Capitulum Generale in casibus in quibus dictum Capitulum expectare non possunt. Excepto quod nullus

---

<sup>294</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 125.

<sup>295</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 133.

<sup>296</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 147.

<sup>297</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 148.

<sup>298</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 148.

<sup>299</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 154.

prenominatorum in facto proprie persone aut sue domus sed suos conuisitator habeat auctorizare. Nec cum apostatis valeant dispensare quod ad regimen animarum possint promoueri, nec monachos pro cura cuiusuis infirmitatis ad medicos valeant transmitters. Quos omnes monemus ut mjnus solito dicta auctoritate vtantur. Et quecumque super annum auctoritate Capituli concesserint uel auctorizauerint, licencias quoque si quas pretextu talis auctoritatis domibus uel personis Ordinis eciam concesserint, nisi sequenti Capitulo per dictas domos et personas sic autorizata et concessa fuerint intimata et ibidem confirmata, dicto Capitulo elapso volumus expirasse.<sup>300</sup>

1471 Item Priores electi per Reuerendum Patrem Cartusie ad absoluendum et dispensandum cum personis Ordinis in casibus sedi apostolice reseruatis secundum gratiam per summum pontificem de nouo concessam ad xxv annos sunt omnes Visitatores dictarum prouinciarum, in quibus intelligit personam non officium.<sup>301</sup>

1472 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia. Et absolutionem domini Wernheri a prioratu dicte domus approbamus, visa Carta visitationis domus eiusdem. Et super hac re imponimus sibi silentium.<sup>302</sup>

1472 Priori domus Porte Beate Marie in Axspach [Aggsbach] non fit misericordia. Et de his que petit frater Hugo hospes in dicta domus committimus Visitoribus [Priors of Mauerbach and Gaming].<sup>303</sup>

1472 [Visitoribus] Prouinciam Alamanie Superioris visitabunt Priores domorum in Maurbac et Gennicko [Gaming].<sup>304</sup>

1472 Eligimus de predictis Visitoribus Priores domorum uidelicet Vallis Benedictionis, Portus [Beate Marie], Scale Dei, Paulari, Siligniaci, Vallis

---

<sup>300</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307)*, *Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), pp. 154-155.

<sup>301</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307)*, *Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p.155.

<sup>302</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307)*, *Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 172.

<sup>303</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307)*, *Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 173.

<sup>304</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307)*, *Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 179.

Viridis, Gosnauj, Capelle, Withan, Maurbac, Erfordie, Colonie, Stetyn, Papie, Florencie, et Sancti Martinj prope Neapolim. Quibus committimus auctoritatem nostri Capituli Generalis usque ad sequens Capitulum Generale in casibus in quibus dictum Capitulum expectare non possunt. Excepto quod nullus prenominatorum in facto proprie persone aut sue domus sed suus conuisitator habeat auctorizare. Nec cum apostatis valeant dispensare quod ad regimen animarum possint promoueri, nec monachos pro cura cuiusuis infirmitatis ad medicos valeant transmitters. Quos omnes monemus ut minus solito dicta auctoritate vtantur. Et quecumque super annum auctoritate Capituli concesserint uel auctorizauerint licencias quoque si quas pretextu talis auctoritatis domibus uel personis Ordinis eciam concesserint, nisi sequenti Capitulo per dictas domos et personas sic autorizata et concessa fuerint intimata et ibidem confirmata dicto Capitulo elapso volumus expirasse.<sup>305</sup>

1472 Item Priores electi per Reuerendum Patrem Cartusie ad absoluendum et dispensandum cum personis Ordinis in casibus sedi apostolice reseruatis secundum gratiam per summum pontificem de nouo concessam ad quadraginta annos, sunt omnes Visitatores dictarum prouinciarum, in quibus intelligit personam non officium.<sup>306</sup>

1472 The Prior of Maurbach was charged with the sermon at the General Chapter in 1473: Et sermonem Prior in Maurbac.<sup>307</sup>

1473 The Prior was Diffinitor at the General Chapter: Maurbacensis<sup>308</sup>

1473 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia.<sup>309</sup>

1473 Priori domus Montis Omnium Angelorum in Snals non fit misericordia. Et committimus Prioribus Sancti Laurencij in Ytingen et Vallis

---

<sup>305</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), pp. 179-180.

<sup>306</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p.180.

<sup>307</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 180.

<sup>308</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 181.

<sup>309</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 199.



Sancti Michaelis in Lewld [Leweld] ut indilate eandem domum visitent et sibi eandem faciant si videbitur expedire, nec de cetero Prior prohibeat filios suos mittere cum occurrente nuncio literas eciam clausas Visitatori principali prouincie [The Prior of Mauerbach].<sup>310</sup>

1473 Priori domus Sancti Laurentii in Yttingen non fit misericordia. Et licenciam quam petit committimus Visitoribus [The Priors of Mauerbach and Gaming].<sup>311</sup>

1473 [Visitatores] Prouinciam Alamanie Superioris visitabunt Priores domorum in Maurbac & Gennicko [Gaming].<sup>312</sup>

1473 Eligimus de predictis Visitoribus Priores domorum videlicet Vallis Benedictionis, Portus [Beate Marie], Porte Celi, Paulari, Siligniacci, Vallis Viridis, Gosnair, Capelle, Withan, Maurbac, Erfordie, Confluencie, Stetyn, Papie, Florencie, et Sancti Martinj prope Neapolim, Quibus committimus auctoritatem nostri Capituli Generalis usque ad sequens Capitulum Generale in casibus in quibus dictum Capitulum expectare non possunt. Excepto quod nullus prenominatorum in facto proprie persone aut sue domus, sed suus conuisitor habeat auctorizare. Nec cum apostatis valeant dispensare quod ad regimen animarum possint promoueri, nec monachos pro cura cuiusuis infirmitatis ad medicos valeant transmitters. Quos omnes monemus ut minus solito dicta auctoritate vtantur. Et quecumque super annum auctoritate Capituli concesserint uel auctorizauerint, licencias quoque si quas pretextu talis auctoritatis domibus uel personis Ordinis eciam concesserint nisi sequenti Capitulo per dictas domos et personas sic autorizata et concessa fuerint intimata et ibidem confirmata, dicto Capitulo elapso volumus expirasse.<sup>313</sup>

1473 Item Priores electi per Reuerendum Patrem Cartusie ad absoluendum et dispensandum cum personis Ordinis in casibus sedi apostolice reseruatis secundum gratiam per summum pontificem de nouo concessam ad

---

<sup>310</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 199.

<sup>311</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 199.

<sup>312</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 205.

<sup>313</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 205.

quadraginta annos sunt omnes Visitatores dictarum prouinciarum, in quibus intelligit personam non officium.<sup>314</sup>

1474 Priori domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbac non fit misericordia.<sup>315</sup>

1474 Priori domus Vallis Auxilii non fit misericordia. Et de licencia quam petit ut valeat mittere quandam personam Ordinis ad principes committimus Visitoribus [The Priors of Mauerbach and Gaming].<sup>316</sup>

1474 Et committimus Visitoribus vt valeant emittere ex quatuor domibus Sclauonie monachos earundem ad domos viciniore quoties oportunum fieret.<sup>317</sup>

1474 [Visitatores] Prouinciam Alamanie Superioris visitabunt Priores domorum Maurbac et Gennicko [Gaming].<sup>318</sup>

1474 Eligimus de predictis Visitoribus Priores domorum videlicet Vallis Benedictionis, Portus [Beate Marie], Porte Celi, de Paulari, Siligniacy, Vallis Viridis, Gosnaji, Capelle, Withan, Maurbac, Nuremberge, Confluencie, Stetyn, Papie, Florencie, et Sancti Martini prope Neapolim. Quibus committimus auctoritatem nostri Capituli Generalis usque ad sequens Capitulum Generale in casibus in quibus dictum Capitulum expectare non possunt. Excepto quod nullus prenominatorum in facto proprie persone aut sue domus, sed suus conuisitator habeat auctorizare. Nec cum apostatis valeant dispensare quod ad regimen animarum possint promoueri. Nec monachos pro cura cuiusuis infirmitatis ad medicos valeant transmitters. Quos omnes monemus ut minus solito dicta auctoritate vtantur. Et quecumque super annum auctoritate Capituli concesserint uel auctorizauerint, licencias quoque si quas pretextu talis auctoritatis domibus uel personis Ordinis eciam concesserint, nisi sequenti Capitulo per dictas

---

<sup>314</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 205.

<sup>315</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 224.

<sup>316</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 225.

<sup>317</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 225.

<sup>318</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 179.

domos et personas sic autorizata et concessa fuerint intimata et ibidem confirmata, dicto Capitulo elapso volumus expirasse.<sup>319</sup>

1474 Item Priores electi per Reuerendum Patrem Cartusie ad absoluendum et dispensandum cum personis Ordinis in casibus sedi apostolice reseruatis secundum gratiam per summum pontificem concessam ad quadraginta annos, sunt omnes Visitatores dictarum prouinciarum, in quibus intelligit personam non officium.<sup>320</sup>

1475 Et damus licentiam eidem (*Priori Maurcacensi*) subordinandi duos Priores, qui visitent domos Bohemiae diu non visitatas ad quas nec sibi nec conuisitatori facilis patet accessus.<sup>321</sup>

1486 Ordinamus quod personas Ordinis Prouinciae Alemaniae Superioris diebus ieiuniorum Ecclesiae in diocesibus in quibus secularibus prohibitum est usus lacticiniorum, ad uitandum scandalum quoad praefata ieiunia, secularibus se conforment quemadmodum dicta Prouincia ordinatum fuit.

Insuper volumus vt Visitatores ordinata atque inhibita per Priores Basiliae et Horti Christi Visitatores a Capitulo missos, manuteneant, obseruent et obseruari faciant, per hoc eorum conscientias onerantes, et domibus in Sclauonia autoritate Capituli de personis prouideant idoneis ex domibus Austriae et Leuld [Leweld] in Hungaria.<sup>322</sup>

1487 Volumus quod nullus Procuratorum Alamaniae Superioris quicumque donet, remittat, mutuo det aut recipiat, seu quoquo modo alienet in domo uel extra, nisi quae Statuta expresse sibi permittunt, sine speciali licentia sui Prioris, sub poena proprietariorum, nec Priores dare habeant super his prohibitis ipsis Procuratoribus licentiam, sine consilio et approbatione Visitoris Prouinciae, alioquin talis licentia sit nulla, nec Procuratorem in aliquo excuset; insuper omnes licentias hactenus contra huiusmodi ordinationes a quocunque etiam concessas praesentibus reuocamus ac reuocatas esse uolumus. Volumus etiam quod nulla domus uel persona iam

---

<sup>319</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 231.

<sup>320</sup> Michael Sargent and James Hogg (eds.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter: Paris Bibliothèque Nationale MS. Latin 10888, Part II: 1466-74, (Ff. 159-307), Analecta Cartusiana* 100:6 (1985), p. 232.

<sup>321</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14), Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 5.

<sup>322</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14), Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 45; adjusted in 1488: Ordinationem anno plusquam praeterito factam incipientem: "Ordinamus quod personae Ordinis Prouinciae Alemaniae Superioris diebus ieiuniorum Ecclesiae, &c.", limitamus ad personas Ordinis extra domos suas uel Ordinis comedentes." (Ibid., p. 53)

dictae Prouincia utatur aliqua licentia a quocunque etiam concessa post visitationem proximam in eadem domo fienda, nisi talis licentia per Visitatores pro tempore prius uisa et approbata fuerit.<sup>323</sup>

1489 Et iniungimus eidem Priori Maurbacensi, ut absque excusatione futuro anno compareat in Capitulo Generali [*Erat conuisitator*].<sup>324</sup>

1492 Et committimus Prioribus domorum Maurbach et Antuerpiae, ut in descensu Capituli, adiuncto sibi Visitatore Prouinciae, dictam domum prope Bernam cum plena autoritate Capituli Generalis habeant uisitare.<sup>325</sup>

1494 Committimus singulis Prioribus Prouinciae Alemaniae Superioris, quod singulis annis petant per scriptura misericordiam a Capitulo Generali iuxta morem Ordinis, et solliciti sint super literas uel negotia domorum suarum ad Capitulum mittendas uel mittenda in Dominica “Reminiscere” mittere ad domum in Maurbach, una cum viatico debito secundum ordinationem Capituli Generalis, sub poena Statuti.<sup>326</sup>

1495 Et quae Prior Maurbacensis gessit circa nouam plantationem in Hungaria, ratificamus; et diligentiam hactenus habitam circa praefatam plantationem continuet, cum plena autoritate Capituli Generalis.<sup>327</sup>

1495 Hortamur omnes et singulos Priores Prouinciae Alemanie Superioris, ut amodo non mittant ad Capituulum participationes sigillandas in uulgari scriptas, sed in Latino, more Ordinis.<sup>328</sup>

1499 Artem alchimiae exercendae omnibus Ordinis nostri professoribus interdicimus in perpetuum. (*in Prouincia Alemaniae Superioris*). [*Nota in chartis Erfordiae et Coloniae, hoc est Alemaniae Inferioris et Rheni haberi ordinationem infrascriptum nimirum*]:

---

<sup>323</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), pp. 50-51; confirmed in 1488: Item: ordinationem anno paeterito factam incipientem: “Volumus quod nullus Procuratorum &c.”, sub suis poenis et additionibus confirmamus. [In Prouincia Alemaniae Superioris]. Item: ordinationem (*in eadem Prouincia*) eodem anno factam de non usu licentiarum post visitationem domus, similiter confirmamus. (Ibid., p. 53)

<sup>324</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 57.

<sup>325</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 66.

<sup>326</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 70.

<sup>327</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 73.

<sup>328</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 73.



Ad nostrum, quod dolentes referimus, peruenit auditum, quod plures Ordinis personae diabolica fallacia adeo decepti sint, ut tempus et uitam in alchimia et quinta essentia consumant, multasque experientias faciant, iuxta Apostoli dictum, semper addiscentes et nunquam ad ueritatis scientiam peruenientes, aurum et argentum flent, et in dispendium patrimonii Christi et Ordinis scandalum in nihilum redigant; uolentes igitur super his de opportuno remedio prouidere, Statuto irrefragibili sancimus ut inantea nulla persona Ordinis, directe uel indirecte, per se aut per alium, in domibus Ordinis uel extraneorum, se in practica alchimiae siue quintae essentiae occupet, neque fornaces ultra aliaque eiusdem practicae instrumenta apud se retineat, sub poena quoad Priores et Procuratores priuationis officii, et quoad subditos sub poena carceris.<sup>329</sup>

1522 Futuro Priori in domo Maurbacensi injungimus quatenus Priori absoluto, ob ipsius senectutem et graves infirmitates, de seruitore aliquo idoneo provideat, qui ipsi Priori absoluto ligna et aquam ferat, et in caeteris necessitatibus sibi diligenter assistat.<sup>330</sup>

1531 Priorem Domus Vallis Omnium Sanctorum in Maurbach hortamur in Domino ut manum Domini patienter ferat, consolationem omnibus corde tribulatis promissam a Domino expectans.<sup>331</sup>

1536 Iniungimus cunctis Prioribus Alemaniae Superioris qui non soluerunt taxam Capituli Generalis, quod quantocyus eandem Visitatori Prouinciae persoluant; et de caetero non omittant eandem taxam per eundem Visitatorem annis singulis ordinatam ad Cartusiam mittere.<sup>332</sup>

1536 Monemus *omnes* et singulos Priores dictae Prouinciæ Alemaniae Superioris, quod literas foundationum et omnium prouentuum ac priuilegiorum seu libertatum suarum domorum authentice excopiare ut uidimus inde facere curent, illasque sic fideliter et authentice excopiatas, ad domum Cartusiae conseruandas quamprimum poterint per Visitatorem mittant.<sup>333</sup>

---

<sup>329</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1476-1503 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:31 (1999), p. 89.

<sup>330</sup> Anon [Dom Maurice Laporte], *Ex Chartis Capitulorum Generalium: Ab initio usque ad annum 1951*, In Domo Cartusiae 1953, p. 357, Ordination 2363.

<sup>331</sup> Anon [Dom Maurice Laporte], *Ex Chartis Capitulorum Generalium: Ab initio usque ad annum 1951*, In Domo Cartusiae 1953, p. 300, Ordination 1938.

<sup>332</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 3.

<sup>333</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14)*, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 3.

1537 Hortamur omnes et singulos Priores dictae Prouinciae Alemaniae Superioris, ut solito diligentius persoluant tam taxam Capituli Generalis quam contributionem solitam dari ascensuro ad Capitulum Generale, quia a pluribus annis Visitor Prouinciae conqueritur se nihil a pluribus domibus recepisse. Hortamur pariter easdem personas Ordinis, ut in domibus nunc degunt se stabiliant et perseuerent usque ad futurum Capitulum, attenta maxime huius temporis malignitate.<sup>334</sup>

1539 Ordinamus et uolumus quod Priores dictae Prouinciae [Alemaniae Superioris] sub actu visitationis Visitoribus rationem reddant de omnibus receptis et expensis.<sup>335</sup>

1539 [In Prouincia Alemaniae Superioris] Item: Proprietarii in proprietate mortui nullo modo in locis sacris sepeliantur, prout Statuta uolunt.<sup>336</sup>

1540 Caeterum quia plures Priores huius Prouinciae Alemaniae superioris negligentes fuerunt per plures annos soluere et mittere taxam Capituli, idcirco uolumus et ordinamus quod in proximo Capitulo Generali sequenti, omni excusatione cessante, singuli ipsorum praedictam taxam mittere studeant, alias sint extra sedem suam ubique in conuentu; Praecipientes Visitoribus, ut pro iniuncto officio caueant, ne visitationes protelentur ultra biennium. Et Priores conuentum non habentes reddant rationem sub actu visitationis de receptis et expensis.<sup>337</sup>

1541 Ordinamus pro negotiis Prouinciae (Alemaniae Superioris) facilius dirigendis, et ad minuendas expensas et discursus Priorum, quod singulis

---

<sup>334</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 8.*

<sup>335</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 15.*

<sup>336</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 15.*

<sup>337</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 19; cf. ibid., p. 25 under 1541: (In Prouincia Alemaniae Superioris) Approbamus ordinationem in nouissimo Capitulo Generali factam, quod uidelicet Priores conuentum non habentes rationem debitam de expensis et receptis Visitoribus Prouinciae sub actu visitationis reddant. Item: ordinationem anno eodem sub praefato Capitulo factam de contributione taxae Capituli, approbamus. Under 1542 (ibid., p. 30): (In eadem Prouincia Alemaniae Superioris) Ordinationem in ultimo Capitulo approbatam, quod uidelicet Priores ipsius Prouinciae conuentum non habentes debitam rationem reddant de receptis et expensis Visitoribus Prouinciae sub actu uisitationis, confirmamus. § Item: Ordinationem anno praeterito etiam approbatam de contributione Capituli, confirmamus; et iniungimus eisdem Prioribus ut praescripta sine excusatione adimpleant, alias sint extra sedes suas in omnibus locis conuentualibus ad uoluntatem Visitorum dictae Prouinciae.*

annis Priores eiusdem Prouinciae mittant negotia sua cum taxa Capituli et et uiatico ascensuri ad domum Maurbacensem in Vienna ante quartam Dominicam Quadragesimae quae nuncupatur “Laetare”.<sup>338</sup>

1542 Pro directione et protectione Ordinis nostri, et maxime personarum et domorum Alemaniae Superioris, nec non pro caeteris Christi fidelibus in Hungaria, Austria, et aliis locis in summo et extremo Turcarum periculo constitutis, hortamur et monemus omnes et singulas Ordinis nostri personas celebrantes, ut in omnibus et singulis missis priuatis de uiuis dicant orationem: “Omnipotens Deus, Christiani, &c.”, uel: “Ineffabilem misericordiam, &c.”; non celebrantes uero, conuersi, moniales, donati et caeterae Ordinis personae, dicant singulis diebus ter “Pater noster” et totidem “Aue Maria”. Et praeter id, in priuato omnes uelint misericordiam Dei et auxilium Beatae Mariae et sanctorum deuote implorare aduersus imminetentem Turcarum tribulationem, 7 psalmos, litaniam Sanctorum, et alia pia suffragia quae deuotioni uniuscuiusque placent frequentando.<sup>339</sup>

1543 *Nihil in Prouincia Alemaniae Superioris. In cuius calce quae sequuntur adiecta sunt.* Iniungimus et hortamur ut Visitatores dictae Prouinciae quamprimum commode poterunt mittant statum Prouinciae Reuerendo Patri Priori Cartusiae, plene responsuro autoritate Capituli Generalis.<sup>340</sup>

1545 Hortamur singulos Priores dictae Prouinciae Alemaniae Superioris, quatenus sint solliciti circa receptionem nouitiorum eorumque instructionem, ne propter defectum personarum domus pereant. Sint quoque diligentiores solito ad sua negotia mittenda Capitulo Generali, uidelicet literas obedientiales, contributiones chartae Capituli Generalis, nec non uiaticum ascensuro Capitulum Generale; et Visitoribus actum visitationis exercentibus non different persoluere.<sup>341</sup>

1546 Iniungimus Visitoribus dictae Prouinciae Alemaniae Superioris, ut quamprimum accepta charta, omni postposita excusatione, non different visitare domos Prouinciae iam a multis annis non visitatas, et tam in capite quam membris singulis iustitiam ministrent, et quae fuerint reformanda reforment in utroque regimine, et quanto citius fieri poterit Reuerendum

---

<sup>338</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse I Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 25.*

<sup>339</sup><sup>339</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse I Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 28.*

<sup>340</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse I Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 37.*

<sup>341</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse I Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 51.*

Patrem Cartusiae de per ipsos gestis informet. Et si alter ipsorum Visitorum legitime impeditus fuerit, alius ipsorum cum socio per ipsum assumendo ipsam visitationem exercent; procedantque ipsi Visitor et Conuisitor quemadmodum eis plenius ad partem scribitur. Et quia plures Priores dictae Prouinciae contribuere pro taxa Capituli et uiatico negligentes fuisse comperimus, quanto citius soluant quotam eorum etiam Priori Brunae ea quae nomine ipsarum domorum exposuit. Similiter iniungimus praedictis Visitoribus, ut in singulis domibus statum domorum diligenter inquirent, et tam de receptis quam expositis rationem exigant; insuper impertimur licentiam Prioribus dictae Prouinciae recipiendi in domibus eorum personas utriusque status ex partibus Italiae, de consensu suorum Priorum.<sup>342</sup>

1547 Ex quo plures Priores a multis annis non soluerunt uiaticum neque taxam Capituli Generalis (*in Prouinciae Alemaniae Superioris, itemque Inferioris*), ordinamus ut anno sequenti soluant ascensuro ad Capitulum deferenda, alioquin de sua inobedientia poenam luituri.<sup>343</sup>

1548 Ordinamus ut Visitores Prouinciae Alemaniae Superioris, plena authoritate Capituli Generalis, praesenti anno omnes Prouinciae domos eant uisitatam, atque futuro proximiori Capitulo de singulorum praesidentium statu utriusque regiminis informationem plenariam dent: quod si aliqui instinctu diaboli seducti Visitores contempserint et ad visitationem non admiserint, nec contributionem Generali Capitulo et ipsis Visitoribus uiaticum prout anno praeterito et exactis annis ordinatum fuerat dare uoluerint, tales tanquam Deo et Ordini rebelles a suis officiis absoluant et condignam poenam imponant.

Ordinationem superioribus annis, quod Priores et Rectores domorum Prouinciae mittere debeant negotia sua ad Viennam ad domum Maurbachsensem [*sic!*] ante Dominicam “Laetare”, approbamus et confirmamus.<sup>344</sup>

1549 Ordinationes factas anno praeterito de uiaticis et contributione Capituli Generalis, conframus. (*In Prouincia Alemaniae Superioris*).<sup>345</sup>

1551 *Nota pro Prouincia Alemaniae quae sequuntur:*

---

<sup>342</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 57.

<sup>343</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 61.

<sup>344</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 65.

<sup>345</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 70.



Frater Joannes humilis Prior domus maioris Cartusiae et totius Ordinis Generalis Minister, venerabilibus patribus Prioribus domorum in Olmuntz [Olmütz] et in Maurbach Visitoribus Prouinciae Alemaniae Superioris, et caeteris Prioribus, officialibus, et personis Ordinis Prouinciae, salutem et pacem, Deique et Ordinis fideliter obedire mandatis. Quia durante Capitulo Generali, et ante lectam chartam ipsius Capituli, nullum nuncium nec literas nec nova recepimus de Prouincia uestra, unde non modica surrexit admiratio, statim lecta charta ad uos scripsimus et chartam misimus per manus Prioris Venetiarum, in ea forma quam nunc cum praesentibus mittimus, cui nihil propter expeditionem iam factam addi potuit. Verum tandem adueniente nuncio Prouinciae uestrae, et nobis dante post Capitulum Generale scripta et chartas visitatarum domorum uestrae Prouinciae, facta de eis communicatione et habita deliberatione cum aliquibus ex Diffinitoribus qui nobiscum sunt, et venerabilibus patribus senioribus nostris, in hanc formam ordinamus:

...

Hortamur etiam et praecipimus, ut Priores domorum tam Sclauoniae quam aliarum facta sua et uiaticum dent alteri Visitorum annis singulis in Dominica "Laetare", ad domum assignatum Viennensem. Item: non permittant mulieres ingredi domos et claustra Ordinis, sub poena et censuris ecclesiasticis; quibus est prohibitum per Statuta et priuilegia, et qui contra fecerint, notentur per literas ad futurum Capitulum Generale.

Item: Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Priores domorum in Gemnico [Gaming], domnus Paulus (*sed obiit*), et domus in Maurbach, domnus Wenceslaus; et quando propter infirmitatem aut alias non poterunt exequi negotia Ordinis, Prior domus in Seitz alterum ipsorum iuuabit et uices supplebit, aut alius Prior quem ipsi mutuo eligent. Huiusmodi uero ordinationem de consilio, consensu et deliberatione patrum Diffinitorum qui nobiscum sunt, et seniorum domus nostrae, uisis scriptis Prouinciae uestrae, exequi et obseruari uolumus, mandamus, committimus et praecipimus, per Visitatores, per quoscunque nobis subditos pareri praecipimus, non obstante charta ipsius Capituli Generalis, quam in reliquis declaramus in suo uigore permanere. Copiae uero praesentium manu Visitorum subsignatae tantam fidem sicut praesentibus adhiberi uolumus. Ad futurum Capitulum Generale compareat alter Visitorum, aut saltem Priorem mittant qui possit rationem reddere de statu Prouinciae. In quorum fidem praesentibus manu nostrae et Scribae Capituli Generalis subsignatis sigillum Ordinis apposuimus. Datum

Cartusiae post recitationem chartae Capituli Generalis. Joannes Prior Cartusiae; frater Stephanus Guyonis Scriba Capituli Generalis.<sup>346</sup>

1552 (*In Prouincia Alemaniae Superioris*). Attentis impedimentis et morte patris Pauli (*Prioris in Olmutz*) Visitoris, declaramus visitationes Priorum anno praeterito factas (*a Reuerendo Patre ... Capitulum*) et nondum executas non procedere, sed iniungimus Priorem manere in sua domo prout supra continetur, donec aliter per Capitulum Generale uel Visitatores fuerit prouisum; quibus committitur, ut circa reformationem ipsarum domorum et personarum inuigilent.<sup>347</sup>

1553 Hortamur et mandantes praecipimus omnibus et singulis Prioribus et Rectoribus domorum Ordinis dictae Prouinciae Alemaniae Superioris, et in eorum absentia Vicariis, Procuratoribus, et personis Ordinis, quatenus scribant more solito Ordinis statum domus ad Capitulum Generale, et literas suas dent et consignent una cum contributione et uiatico ascensuri ad Capitulum Generale, siue nuntii mittendi, in manibus alterius Visitorum, ut huic nuncio misso anno praesenti et praeterito absque grauamine domus Visitoris satis fiat; qui autem neglexerit obedire et satisfacere, sit extra sedem suam, et eorum inobedientiam seu uerius contumaciam examinandum remittimus ad futurum Capitulum Generale. Insuper monemus omnes personas Ordinis ad Viennam et domum in Maurbach se recipientes, ut suas expensas moderate soluant, ne ipsa domus indebite supergrauetur.<sup>348</sup>

1554 Plurimum et ex corde compatientes senio et infirmitatibus venerabilis patris Prioris in Maurbach, Prouinciae Alemaniae Superioris Visitoris, et toti Prouinciae desolatae, committendo mandamus ob meritum obedientiae venerabili Patri Theodorico Priori Buxiae, Visitori principali Alemaniae Inferioris, quatenus quamprimum poterit in descensu Capituli accipiat in Prouincia Rheni religiosos in quos iam Prior Coloniae per literas consensum dedit, et alios quos consensu illius aut alterius Prioris et consensu uocandorum habere poterit; et illos si potest secum ducat ad domum in Maurbach Alemaniae Superioris, et cum consilio Prioris in Maurbach si adhuc vixerit, super absolute et institutione Visitorum Priorum et directione totius Prouinciae, cum plena autoritate Capituli Generalis quam ei impertimur prouideat, et salutari consolationi ipsius Visitoris senio et infirmitatibus prouideat; et si defunctum inueniat, quod absit, idem faciat, ac

---

<sup>346</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), pp. 76-77.

<sup>347</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 80.

<sup>348</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), pp. 83-84.

si potest totam Prouinciam uisitet in forma Ordinis et cum autoritate praedicta quam ei impertimur.<sup>349</sup>

1555 Item: non permittant Priores (*Prouincia Alemaniae Superioris*) mulieres ingredi domos et claustra Ordinis, sub poena et censuris ecclesiasticis, quibus est prohibitum per Statuta et priuilegia; et qui contra fecerint, notentur per literas ad futurum Capitulum Generale.<sup>350</sup>

1556 (*In domo in Maurbach*) Et iniungimus Priori absoluto, ut det nouo Priori bonam et perfectam rationem de suis in Prioratu receptis et expositis.<sup>351</sup>

1556 Priores domorum Alemaniae Superioris, tam in Sclauonia quam in Morauia, Vngaria et Austria, mittant negotia sua Viennam ad curiam Seitzensem ante Dominicam “Laetare”, et cum eisdem negotiis mittant etiam uiaticum pro Visitoribus ascendentibus ad Cartusiam quaelibet domus 4 ducatos, et quaelibet domus unum ducatum pro taxa Capituli Generalis singulis annis.

Item: Ordinamus ut bona Hungarorum professorum destructae domus in Leweld in Hungaria, scilicet clenodia, calices, cruces, ornamenta et alia quae reposita sunt Viennae in curia Seitzensi, ibidem uel alibi custodiantur sub custodia duarum clauium, quarum unam habeat Prior Maurbacensis et aliam ipsi Hungari.<sup>352</sup>

1557 Impertitur licentia et facultas Visitori Prouinciae Alemaniae Superioris reuocandi personas Ordinis ex quibuscunque Prouinciis et domibus Ordinis, cum pace uocandorum et suorum Priorum, quas habere poterit pro subleuamine Prouinciae suae, et collocandi in domibus prout uiderit expedire; quae domus tenebuntur dare et refundere pecunias quas in praemissis rationabiliter exposuerint; et si tales domus non possent satisfacere, tota Prouincia soluet, ne domus Visitoris grauetur. Cui iniungitur, ut totam Prouinciam cum plena autoritate Capituli Generalis uisitet in forma Ordinis; singulaeque domus dictae Prouinciae, maxime in Sclauonia, Morauia, Hungaria, et Austria mittant negotia sua Viennam ad curiam Seitzensem ante Dominicam “Laetare”, etiam uiaticum pro altero Visitorum ascensuro ad Capitulum, cum taxa ipsius Capituli.

---

<sup>349</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 88.

<sup>350</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 93.

<sup>351</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 99.

<sup>352</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 99.

Prohibemus insuper omnibus et singulis personis et domibus Ordinis omnem esum carniū, maxime in Sclauonia, et ingressum mulierum in domos Ordinis; mandantes et praecipientes Visitoribus Prouinciae ut inuigilent et transgressores puniant ad formam Statuti.<sup>353</sup>

1561 Et quia quaedam domus huius Prouinciae, praecipue in Sclauonia, Hungaria, Morauia Austria non miserunt sua negotia nec taxam Capituli neque uiaticum, praecipimus ut infra annum respondeant Visitori, uel in futuro Capitulo Reuerendo Patri in Capitulo Generali, si poenas Ordinis euadere uoluerunt.

Prohibemus insuper omnibus et singulis personis omnem esum carniū et omnem ingressum mulierum ad domos nostri Ordinis, maxime in Sclauonia.<sup>354</sup>

1563 Hortamur Priores domorum Ordinis, maxime in Sclauonia, Morauia, Hungaria, ut negotia futuri Capituli Generalis mittant ante Dominicam “Laetare” ad Viennam et curiam Seitzensem, cum taxa et uiatico, alioquin futurum Capitulum Generale purgabit negligentiam siue contumaciam eorum qui non satisfecerint.<sup>355</sup>

1563 Visitores Prouinciae Alemaniae Superioris adhortamur et obsecramus in Domino, ut diligentius inuigilent super credita sibi Prouincia, et suis debitis temporibus domos visitando, et quae in eis correptione digna inuenerint arguendo et corripiendo, semota omnium personarum acceptione, Dei et Ordinis prae oculis habentes.<sup>356</sup>

---

<sup>353</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), pp. 103-104. In 1558 the admonition concerning the reports and the taxes was repeated: Hortamur Priores Prouinciae Alemaniae Superioris, ut negotia sua cum taxa Capituli et uiatico Visitoris tempestiue circa Dominicam “Laetare” ad curiam Seitzensem Viennam mittant sub poena inobedientiae. (Ibid., p. 108 and in abbreviated form in 1559. (Ibid., p. 114) In 1560 the admonition was repeated once more: Omnes Priores Prouinciae Alemaniae Superioris, maxime domorum quae sunt in Sclauonia, Morauia et Hungaria, mittant ante Dominicam “Laetare” negotia sua, uiaticum et taxam Capituli; pro uiatico uidelicet quolibet anno quatuor ducatos, et unum pro taxa, idque ad curiam Seitzensem in Vienna. Prohibemus praeterea omnibus personis nostri Ordinis, tam Prioribus quam officialibus et etiam monachis et conuersis omnem esum carniū, ne etiam intromittant et intrare permittant mulieres in domos nostri Ordinis; mandantes insuper Visitoribus Prouinciae, ut in his inuigilent, et transgressores rigide puniant iuxta formam Statuti. (Ibid., p. 119)

<sup>354</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 125.

<sup>355</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 133.

<sup>356</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:36 (2000), p. 138.



1569 Priorem in Maurbach hortantes rogamus, ut secundum gratiam sibi a Deo suscipere, ne diuina et temporalia deficient; Committendo eidem Priori, ut negotium pro recuperatione mille daleorum a domno Georgio Preis arte medica et alchimica acquisite, quibusdam ciuibus in Spremberg mutuo datorum, in curia Caesararum Majestatis prosequatur.

Idem committitur Priori Claustri Mariae [Hildesheim]; *et habetur istum domnum Georgium Preis olim fuisse priorem Francfordiae.*<sup>357</sup>

1570 Et visitetur domus in Ittingen in descensu Capituli Generalis per Commissarios ipsius Capituli; nec non aliae domus dictae Prouinciae Alemaniae Superioris si commode fieri poterit.<sup>358</sup>

1571 Quolibet anno Priores ferant aut mittant nomina fugitiuorum aut criminorum suae domus; et si fieri possit, obtineatur licentia a Summo Pontifice quatenus dicti criminosi et incorrigibiles possint mitti ad triemes ad tempus uel in perpetuum, prout casus exegerit; et qui de caetero ausi fuerint diffamare Ordinem incarcerentur, nec educantur de carceribus sine licentia Reuerendi Patris Cartusiae.<sup>359</sup>

1572 Hortamur omnes Priores Prouinciae Alemaniae Superioris in Domino, quatenus gregis forma facti studeant quoscunque poterunt Christo lucrari; quos etiam intime rogamus, quod etsi pauci sunt, saltem boni sint conuersionis, suae gentis olim deuotissime apud Deum continue memores.<sup>360</sup>

1573 Hortamur Priores Prouinciae Alemaniae Superioris, ut singulis annis Visitor aut unus ex illis ascendat ad Capitulum Generale, et alii contribuant pro uiatico et expensis ascensuri, ratasque suas et literas bona hora et tempore studeant dare in manus Visitoris.<sup>361</sup>

1573 Priori domus Ratisponae fit misericordia; ... Et Prior absolutus accedat ad Visitatorem Alemaniae Superioris, qui eum apud se uel alibi collocauit, qui petit personas Ordinis ad se mitti.<sup>362</sup>

---

<sup>357</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 175.*

<sup>358</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1536-1570 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:36 (2000), p. 182.*

<sup>359</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 2.*

<sup>360</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 15.*

<sup>361</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 23.*

<sup>362</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 23.*

1575 Domui in Seitz praeficimus in Priorem domnum Georgium Zandgraff, propterea a Prioratu domus Erfordiae absolutum; rogantes et exhortantes Priorem in Maurbach Visitatorem, ut illi in omnibus assistat et illum iuuet ut dicta domus illi et Ordini restituatur, sicut illum facturum speramus, etiam supra id quod petimus. Et Prior institutus ad restitutionem et recuperationem dictae domus et aliarum, atque Prouinciam ipsam regendam iuuet Visitatorem.<sup>363</sup>

1577 Priori domus in Maurbach fit misericordia. Cui domui prouidebitur de Priore per Commissarios mittendos per Capitulum Generale.<sup>364</sup>

1577 Priores domorum in Austria, Morauia et Sclauonia, ad diem certum per Visitatorem una cum mittenda charta illis declarandum, simul conueniant ad domum Maurbacensem, ibique diligentissime de conseruatione et restitutione domorum primum decernant; deinde quot nouitios seu iuuenes in aliqua domo ab illis eligenda et a Capitulo confirmanda, quaeque domus alere possit insuper, ut inter se quid pro taxa et nuntio pedestri, aut posthac Priore et famulo mittendo soluendum sit, componant et concordent. Porro pro taxa simplici Alemaniae Superioris, solui solet singulis annis summa scutorum septem ad signum solis; uiaticum uero debet solui ascendenti ad Capitulum pro qualitate temporis ad rationem annonae, ita ut quo carior est annona, eo plus solui debeat, si uilior sit, minus; ideo rogamus praefatos Priores, super dictis negotiis conueniant ac concordent, ne sit inter eos schisma.<sup>365</sup>

1578 Ex animo condolentes miseriis et aduersitatibus personarum Prouinciae Teutoniae atque omnium piorum, et quantum in nobis est omne consilium et auxilium parati sumus illis impendere, patres et<sup>366</sup> iam Picardiae, Rheni, Inferioris et Superioris Alemaniae a nobis etiam rogantur, quascunque ad dictarum Prouinciarum Visitatores et Priores contigerit necessitate compulsas mittere uel accedere personas Ordinis, omni humanitate recipiant; quod eos rogamus etiam atque etiam et per uiscera misericordiae Dei nostri obtestamur.

---

<sup>363</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 36.*

<sup>364</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 49.*

<sup>365</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 49.*

<sup>366</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 58.*

1578 Priorem in Maurbach adhortamur, ut fortiorem animi zelum induat; tam monachos quam familiam in debita disciplina custodiat.<sup>367</sup>

1579 Priorem domus in Maurbach in Domino rogamus, ne adeo frequens a monasterio absit; sed cum suis solícite magis perseueret, eosque in obseruantia eorum quae sunt Ordinis foueat et contineat.<sup>368</sup>

1579 Ordinamus ut Priores et Rectores domorum Prouinciae Alemaniae Superioris conueniant ad domum in Gemnico [Gaming] quando uocabuntur per Visitatores Prouinciae, tractaturi de negotiis dictarum domorum.<sup>369</sup>

1581 Priori domus in Gemnico [Gaming] fit misericordia. Cui quidem domui Priores Maurbacensis et Brunensis cum consilio Visitatoris prouideant de Priore; et Prior absolutus reddat exactam rationem suae administrationis coram illis qu<sup>370</sup>i inquirant super literis Reuerendissimi Episcopi Neopolitani; et ueritate comperta, seuerè animaduertant in reum et addignent iilli domui prout uiderint expedire uel necessarium esse.

1581 Rationem quam inierunt uenerabiles Patres Priores Maurbacensis, Brunensis, Pletriacensis, et Rector in Seitz, pro leuanda eadem domo in Seitz, uidelicet ut singuli Priores domorum soluerent 15 scuta auri singulis annis durante triennio, confirmamus; mandantes dictis Prioribus et aliis qui dictae conuentioni non interfuerunt, ut singulis annis eodem tempore durante circa festum Sancti Michaelis, ad domum in Mauerbach afferant uel mittant dictas summas, cessante omni excusatione, quas recipiet dictus Prior in Maurbach, redditurus rationem quando requisitus fuerit; praeterea, ut praefata domus in Seitz duobus saltem monachis alendis sufficere possit, ex tribus equis quos alere solet illustrissimo Archiduci Austriae, domus in Pletriach foueat unum et domus in Frenitz alterum, donec aliter fuerit ordinatum.<sup>371</sup>

---

<sup>367</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 58.*

<sup>368</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 66.*

<sup>369</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 66.*

<sup>370</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 77.*

<sup>371</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:37 (2001), p. 77.*

1581 Mandamus Prioribus Prouinciae Alemaniae Superioris qui nondum contribuerunt expensis uiatici venerabilis Prioris Brunensis, ut pro rata quisque portionem contribuat.<sup>372</sup>

1581 Prouinciam Alemaniae Superioris visitabunt Prior domus in Olmutz [*in hoc Capitulo institutus domnus Mathias de Monte, qui erat Vicarius domus Buxiae*], cum alio Priore Prouinciae quem elegerit in ipso statim accessit, qui Conuisitatoris titulo ornabitur.<sup>373</sup>

1582 Priores praedictarum domorum Alemaniae Superioris quamprimum satisfaciant ordinationi chartae anni praeteriti quae incipit: “Rationem quam inierunt, &c.”<sup>374</sup>

1582 Monemus omnes et singulas personas Ordinis exules et hospites in Prouinciis Alemaniae, ut sicut cha<sup>u</sup>tatiue et beneuole sunt suscepti a patribus dictarum Prouinciarum, ita et gratos et morigeros in omnibus se habeant, contenti illis quae ibidem haberi possunt, ordinationibus Priorum suorum, maxime Visitorum, absque tergiuersatione aliqua submittant, et omnem discursum per domos uitent.<sup>375</sup>

1583 (*In Prouincia Alemaniae Superioris*). Confirmamus ordinationem anno 1581 factam quae incipit: “Tationem quam inierunt Priores, &c.”: et propterea mandamus Patribus Prioribus eiusdem Prouinciae qui nondum contribuerunt domui in Seitz, illos 15 aureos coronatos annuales, prout habetur in dicta ordinatione, sub poena inobedientiae ut contribuant.<sup>376</sup>

1584 Priorem in Maurbach monemus, ut antea esse fortis animi et parati ad quaecunq;ue pro Deo sustinenda.<sup>377</sup>

1585 Monemus omnes et singulos monachos in hac Prouincia Alemaniae Superioris, tam professos quam hospites, ne molesti sint Prioribus, sed contenti iis quae solent ministrari de more Ordinis; super quibus inuigilent Visitatores.<sup>378</sup>

---

<sup>372</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 77.

<sup>373</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 77.

<sup>374</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 83.

<sup>375</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 84.

<sup>376</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 89.

<sup>377</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 94.

<sup>378</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 102.



1586 Et Prior domus in Maurbach in negotiis domus saltem maioribus utatur consilio Visitorum.<sup>379</sup>

1587 Et visitetur dicta Prouincia Alemaniae Superioris per Visitatores Commissarios Priores Syluae Benedictae et Portus Beatae Mariae, iuxta formam breuis Apostolici dati Romae 5 9<sup>bris</sup> anno 1586, Pontificatus Sanctissimi domini, domini nostri Sixti Papae 5<sup>i</sup> anni 2<sup>i</sup>. Priores Prouinciae contribuant ad expensas uiatici Prioris Brunensis, vocati per bonae memoriae Reuerendum Patrem ad Capitulum Generale praesentis anni pro negotiis eiusdem Prouinciae et collatione facienda.<sup>380</sup>

1590 Et D. N.. plus de caetero sit pacis et quietis et cellae sectatur.<sup>381</sup>

1590 Domno Adamo instituto Priori domus prope Brunam in ultimo Capitulo, post absolutionem domni Petri Metropagitae ob literarium otium ab eo saepius petitam quam confirmamus, fit misericordia, et prouidebunt dictae domui Priores in Maurbach et in Gemnico [Gaming], de consilio Prioris in Buxiae et in Pletriach si possint haberi sine incommodo; ....<sup>382</sup>

1590 Priori domus in Olmutz propter suas infirmitates et alias causas nobis notas fit misericordia; cui domui prouidebunt de uiro fideli, prudente et sobrio Priores in Maurbach et in Gemnico [Gaming], cum consilio Prioris in Buxiae et in Pletriach si sine incommodo possint haberi.<sup>383</sup>

1591 Domorum Prouinciae Alemaniae Superioris dispositionem, siue quoad Priorum institutionem ubi non sunt, siue absolutionem ubi sunt, siue de una in aliam mutationem, siue quarumdam domorum Ordini subtractarum uel in parte uel in toto recuperationem, remittimus et committimus venerabilibus Patribus Commissariis ad eam Prouinciam a Reuerendo Patre Priore Cartusiae infra annum delegatis, uidelicet domno Francisco Quintana, professo domus de Paulari, et domno Guilelmo Triphaeo, professo domus Friburgi, Priori domus Buxiae, quorum potestatem ad formam patentium eiusdem Reuerendi Patri Prioris Cartusiae confirmamus, et quantum opus est de nouo nostram illis conferimus, ad praedictorum omnium et inde emergentium et dependentium effectum, usque ad regularis disciplinae quae

---

<sup>379</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 107.

<sup>380</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1571-1588* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:37 (2001), p. 122.

<sup>381</sup> Anon [Dom Maurice Laporte], *Ex Chartis Capitulorum Generalium: Ab initio usque ad annum 1951*, In *Domo Cartusiae* 1953, p. 365, Ordination 2420.

<sup>382</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 23.

<sup>383</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 23.

olim ibi florentissima fuit integram et perfectam restaurationem, uti ad bonorum et obedientium Ordinis filiorum laudem, exaltationem, et consolationem, malorum uero et inobedientium et contra matrem suam pugnatium, condignam castigationem, absolutionem, et si necesse sit ad nos uel ad aliam Prouinciam eorum securam transmissionem. #Quam praeterea potestatem extendimus ad euocandum quascunque personas Ordinis, exceptis officialibus tam ex Prouincia Alemaniae Inferioris quam Rheni siue aliis, ad populandas dictas domos, uel ad dictis domibus et personis Prouinciae hinc ad nostrum Generale Capitulum proxime futurum, in omnibus negotiis et causis emergentibus ita prouidendum ut iudicauerint secundum Deum et conscientiam expedire, nec non ad eam uel ad eas domos eligendum uel inhabitandum quam uel quas Prouinciae administrationi conuenientiore uel conuenientiores esse existimauerint, et tam diu in ea uel in eis quamdiu opus erit demorandum, sub nomine et titulo et autoritate Commissariorum Visitorum, Visitorum Alemaniae Superioris officium supplebunt Commissarii et quilibet eorum, ad formam Statuti iuxta auctoritatem superius expressam.<sup>384</sup>

1593 Plurimum rogamus domnum Franciscum Quintana, Commissarium Capituli Generalis et Ordinis in Prouincia Alemaniae Superioris, ut personas pro populanda dicta Prouincia a Visitatore Prouinciae Picardiae ad se transmittendas, quas de reformationibus esse uolumus, benigne recipiat et paterne prouideat, et una si fieri potest habitare faciat.<sup>385</sup>

1593 Dispositionem Alemaniae Superioris remittimus in aduentum Patris Francisci de Quintana, Commissarii delegati a Reuerendo Patre Priore Cartusiae et confirmati a Capitulo Generali; cuius aduentus breui speratur, ut, eo audito, dictus Reuerendus Pater disponat de bonis et personis dictae Prouinciae prout melius iudicauerit expedire; interim plurimum laudamus eius indefessos labores pro obedientia Ordinis susceptos, proque recuperatione domorum eidem subtractarum, et reformatione aliarum eidem Ordini conseruatarum. Caeterum redintegratam inter Priores Prouinciae pacem ita gratam habemus, ut inuiolatam in aeternum optamus. [*Nota: fuit illa redacta in scriptis 25 Octobris huius anni, et post chartam hic habebitur.*]<sup>386</sup>

---

<sup>384</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), pp. 46-47.

<sup>385</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 64.

<sup>386</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 65.

1593 Sequitur tenor concordiae inter Priores Alemaniae Superioris, de qua in charta praecedenti:

In nomine Domini. Amen. Is est in hac uita etiam grauissimarum rerum status, ut cum inuiolabilem illum coelestium ordinem obseruare non possint, ab intensione sua remittant aliquando. Ea est econtra diuinae sed pietissimae maiestatis ordinatio, ut humanae fragilitatis conscientia, latentibus etiam atque in proposito hallucinantibus aliquando seruis suis, non deneget opportuna defectuum remedia eius rei. Quam sanctissima remediorum, ergo sanctissime a mundi Redemptore instituta sacramenta, nulla sunt testimonia maiora, ut mirum non sit, si quae in totum Christianum orbem cadit fragilitas in aliqua etiam totius corporis parte, locum habeat aliquando. In Ordine nostro hacque Prouincia non sine grauissimo dolore recordamur ab annis aliquot graues fuisse discordias, grauiores quia diuturniores, grauissimas autem quia publicas. Quae causa est, ut diuinam opem imploraturi, eiusque indignationis, quae grauissima esse solet praecauturi, et Ordinis nostri Statutis, reuocata in memoriam et serio reuocata sua quisque professione, nos conformes reddituri, et omne externorum hominum scandalum sublaturi, et summae horum temporum difficultati consulturi, communi consensu statuerimus simultates omnes quae inter personas nostras, quamcunque ad causam sunt ortae, in diuinae misericordiae uiscera reponere, ex animo inuicem condonare atque in perpetuum obliuisci, idque ad honorem Omnipotentis Dei Ordinisque nostri, animarum nostrarum salutem, proximorum aedificatione, et perpetuae Prouinciae pacem. Promittimus igitur nos iuxta professionem nostram Ordinis Cartusiensis Statuta obseruatuos, eiusdemque priuilegia defensuros, Patri Reuerendissimo, Capitulo Generali, atque Commissariis et Visitoribus auctoritate Capituli et Ordinis ad nos missis, in his quae Ordinis sunt semper obtemperatuos, nunquam repugnatuos. Promittimus nos nullas unquam querelas contra Patrem Domnum, Capitulum Generale, Visitatores, Priores, uel fratres nostros coram magistratibus uel iudicibus, aut ecclesiasticis aut secularibus, cuiuscunque conditionis extiterint, nihil interim praeiudicantes serenissimorum Austriae principum priuilegiis et consuetudinibus, quacunque ratione moturos, sed tantum si necessitas postulauerit apud Reuerendum Patrem et Capitulum Generale.

Promittimus nos omnes querelas antiquas quocunque modo, siue ex suspicionibus siue scriptis aut aliorum relatione ortas, iniuriasque ex iis quomodocunque progressas, serio et ex animo obliuioni tradituos, atque debita cum humilitate ueniam inuicem deprecatuos, in posterum uero omnem euitatuos et iniuriarum et querelarum et suspicionum occasionem, cauturos etiam ne ob famulorum quorumcunque modo tandem suggestionem

ulli, uel Priori uel fratri, ullam inferimus molestiam; et si a famulis quidpiam sinistri intellexerimus, inuicem communicaturos atque fraternae composituros. Promittimus etiam nos pro Ordinis nostri consuetudine, quae domus una alteri aut pro Ordinis personarum uiatico aut alio domorum subsidio debet in integrum restitutos, nulli ut domui quidquam inferatur detrimenti. Cum denique a fratre Francisco de Quintana, per Germaniam Superiorem Commissario eiusdem Patris Reuerendi, plenam praeteritorum omnium accipiamus indulgentiam, promittimus ad extremam ueram morum emendationem charitatemque mutuum, curaturi ut honore inuicem praeueniamus, amore et beneuolentia mutuo superemus, atque sicut nostrum quilibet sibi dimitti ab eo quem omnes offendimus cupit, ita nos inuicem dimittere protestamur. Quicumque uero contractum istum uiolauerit, aut in specie uel in genere, aut contra Ordinem supra scriptum mutuumque charitatem aliquid admiserit, subiacebit disciplinae regulari nec non et poenis in Statutis Sacri Ordinis nostri contentis. Oramus autem ut Spiritus Sanctus, qui diffusus est in cordibus nostris, qui est fons et origo charitatis, quique est ipsa charitas in nobis, hoc opus quod operatus est pro sua clementia confirmare dignetur. Actum Viennae 25 Octobris, anno 1593.

*Locus sigillorum.*

|  |   |  |   |
|--|---|--|---|
| +  | +   | +  | +   |
| Frater Sebastianus<br>Prior Maurbacensis | Frater Bartholomaeus<br>Prior Gemnicensis                                     | Frater Conradus Stor<br>Prior Axpacensis | Frater Joannes<br>Conradus Han<br>Prior Olomucensis |
| +  |   |  |   |
| Prior Dionysius<br>Prior Brunensis       | <i>Omnes quinque in una linea, et quinque sigilla sub una charta oblonga.</i> |  |   |

Ego Melchior Klost, Episcopus Nouae Ciuitatis, Administrator Sanctae Caesarae Maiestatis, Consiliarius et Concionator Aulicus, autoritate eiusdem Maiestatis Commissarius deputatus pro uisitatione Reuerendi Patris Francisci de Quintana Ordinis Cartusiensis Commissarii per Superiorem Germaniam, fidem hac propria manu mea et sigillo facio hanc compositionem Priorum, in praesentia mea et praefati Patris Commissarii, ad gloriam Omnipotentis Dei et religionis huius conseruationem laudabiliter et sincere factam fuisse et esse. *Locus sigilli.* Idem Melchior Klost qui supra.<sup>387</sup>

1594 Domno Francisco Quintana, instituto per Reuerendum Patrem Priorem Cartusiae et eius conuentum in Priorem domus in Seitz eius industria et laboribus recuperatae, non fit misericordia. Cui domui unimus aut potius

---

<sup>387</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), pp. 67-69.



unitam declaramus domum cartusiae in Giraac [Gairach], de cuius reaedificatione et aliarum Prouinciae, maxime Maurbacensis, possit disponere ex consilio peritorum et Priorum Ordinis, ne in re tanta peccetur fiatque Ordo uulgi fabula; hoc etiam obseruato, ut fundatorum intensio non fraudetur. Cui item committimus, ut de caeteris domibus Prouinciae ita disponet tam quoad superiores quam inferiores, ut Ordinis disciplina quotidie in eis restitatur; praecipientes omnibus personis Ordinis, ut illi in omnibus obedient, alias uero rogantes ut illi omnem fauorem et auxilium necessarium ad hoc impendant.<sup>388</sup>

1595 Dispositionem Alemaniae Superioris committimus Reuerendo Patri Cartusiae, postquam receperit uel audiuerit a venerabili Patre domno Francisco Quintana Generalis Commissarii eiusdem Prouinciae instructiones ad hoc necessarias.<sup>389</sup>

1596 Dispositionem Prouinciae Alemaiae Superioris committimus Reuerendo Patri Priori Cartusiae post aduentum domni Quintana Commissarii in illa Prouincia, qui breui expectatur.<sup>390</sup>

1599 Visitatores Prouinciae Alemaniae Superioris procurent a Caesarea maiestate licentiam libere visitandi domos Austriae; qua obtenta, eadem domus quamprimum visitentur.<sup>391</sup>

1600 Dispositionem Prouinciae Alemaniae Superioris relinquimus Reuerendo Patri, qui habita pleniori informatione prouidebit.<sup>392</sup>

1601 Cum Austriae domus a multis retro annis non fuerint visitatae, neque de earum statu et regimine Capitulum Generale fuerit sufficienter informatum, licet anno 1599 Visitoribus id muneris solícite fuerit iniunctum, denuo iniungimus ut ipse Visitor Prouinciae, cum socio Priore uel monacho assumendo, dictas domos visitet ad formam Ordinis; Prioribus domorum commendantes ut ipsos Visitatores humaniter et benigne suscipiant, non obstantibus quibuscunque mandatorum aut prohibitionum in contrarium obtentorum excusationibus, idque sub poena rebellionis et

---

<sup>388</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 74.

<sup>389</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 82.

<sup>390</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 90.

<sup>391</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1589-1599* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:38 (2001), p. 109.

<sup>392</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:39 (2001), p. 3.

omnium spiritualium beneficium Ordinis generaliter aut specialiter concessorum priuationis.<sup>393</sup>

1616 Domno Georgio Fazelio in Priorem domus in Maurbach super annum a Reuerendo Patre instituto, non fit misericordia.<sup>394</sup>

1617 (*In domo Maurbacensi*). Et domni Frederici professionem factam in domo Herbipolensi pro dicta domo in Maurbach, confirmamus.<sup>395</sup>

1618 (*In domo Maurbacensi*). Et domno N<sup>o</sup> imponimus perpetuum silentium super querelis propositis contra Priorem Herbipolis.<sup>396</sup>

1619 (*In Prouincia Alemaniae Superioris*). Et domus Visitorum uisitentur per Patrem Priorem Buxiae cum socio a se assumendo. *Erant domus Maurbacensis et Aypacensis [Aggsbach] in Austria.*<sup>397</sup>

1625 Obiit domnus Antonius Dulken, professus domus Coloniae, Prior domus Friburgi, 1<sup>a</sup> Octobris, in obeunda commissione sibi a Capitulo Generali demandata; *Nempe assumptus est in socium a Priore in Astheim pro visitatione Alemaniae Superioris*, habens propterea agendam singularem et plenum monachatum.<sup>398</sup>

1633 Priorem Domus in Maurbach hortamur ad maiorem infirmis et hospitibus Ordinis exhibeat caritatem.<sup>399</sup>

1634: Vtriusque Prouinciae Alemaniae dispositio reliquitur Reuerendo Patri, qui habita relatione Patrum Visitorum pro sua prudentia prouidebit.<sup>400</sup>

1639 Mandamus Priori domus in Maurbach ut villam prope adjacentem Monasterio ob certas rationes in alium locum transferat.<sup>401</sup>

---

<sup>393</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 6.*

<sup>394</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 57.*

<sup>395</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 62.*

<sup>396</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 65.*

<sup>397</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 67.*

<sup>398</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 86.*

<sup>399</sup> Anon [Dom Maurice Laporte], *Ex Chartis Capitulum Generalium: Ab initio usque ad annum 1951*, In *Domo Cartusiae 1953*, p. 321, Ordination 2108.

<sup>400</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 118.*

<sup>401</sup> Anon [Dom Maurice Laporte], *Ex Chartis Capitulum Generalium: Ab initio usque ad annum 1951*, In *Domo Cartusiae 1953*, p. 365, Ordination 2423.

1641 Mandamus Patri Visitatori (*Alemaniae Superioris*), necnon et Patribus Prioribus in Seitz et Frenitz, ut diligenter perquirant omnia instrumenta et documenta alienationis ab Ordine domorum Pletriach et Giriach [Gairach], quae mittere debebunt quamprimum ad Reuerendum Patrem.<sup>402</sup>

1642 Dispositionem Prouinciae Alemaniae Superioris relinquimus Reuerendo Patri, qui habita relatione Patrum Commissariorum pro sua prudentia prouidebit.<sup>403</sup>

1642 The general Chapter allocated the Province of Alemania Superior the modest number of 350 copies of the new edition of the breviary and 336 copies of the Statutes. The payment was to be regulated as follows: “Atque ut indemnitati maioris Cartusiae pro expensis ab illa factis quantum commode fieri poterit a caeteris domibus Ordinis prouideatur, pro quilibet breuiario maiore et pro minori in duo tempora distincto soluetur scutum cum dimidio, pro minori uero non distincto scutum cum quindecim solidis, et pro quolibet Statuto 25 solidi, quorum pretium cura Patrum Visitorum refundetur Cartusiae infra tres annos immediate sequentes in unoquoque anno.”<sup>404</sup>

1650 (*In domo Maurbacensi*). Et domnus N. discat exhibere reuerentiam et subiectionem superioribus suis, alioquin sentiet disciplinam Ordinis.<sup>405</sup>

1657 (*In domibus in Seitz, in Maurbach, in Axpach* [Aggsbach], *in Walditz, in Illimbach, in Snals*). Et confirmamus terminos spatiamentorum a Patribus Commissariis in actu visitationis assignatos.<sup>406</sup>

1657 Quia experimur intepescere nonnullorum animos et ad laxiorem uitam resolui, securos poenarum quae, partim temporum inquietate et bellorum saeuitia, partim nimia Praesidentium aliquorum indulgentia raro pro excessibus qui forte contingunt, imponuntur ad regularem disciplinam adstringendam et conseruandam, ordinamus et mandamus Prioribus et Visitoribus ut poenas a Statutis decretas et taxatas delinquentibus in casibus ibidem expressis, solito studiosius et districtius infligant, nec facile

---

<sup>402</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 137.*

<sup>403</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 139.*

<sup>404</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 140.*

<sup>405</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 158.*

<sup>406</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658 (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, Analecta Cartusiana 100:39 (2001), p. 172.*

et sine graui causa et necessitate, muturae prudentiae iudicio probanda, in huiusmodi poenis dispensent.<sup>407</sup>

1772 The Prior of Mauerbach was charged with the sermon at the General Chapter in 1773: Sermonem faciet Prior domus Maurbacensis.<sup>408</sup>

---

<sup>407</sup> John Clark (ed.), *The Chartae of the Carthusian General Chapter 1600-1658* (MS. Grande Chartreuse 1 Cart. 14, *Analecta Cartusiana* 100:39 (2001), p. 173, - ordination confirmed by the General Chapter in 1658. (Ibid., p. 174)

<sup>408</sup> Jan De Grauwe and Francis Timmermans (eds.), *Cartae Capitulorum Generalium (1689-1772)* (Rijksarchieft Brugge), *Analecta Cartusiana* 100:35 (2001), p. 255.